EXPLICIT LIBER V IN HIEREM(IAM)

INCIPIT LIBER VI AMEN

PROLIXITAS VOLUMINIS HIEREMIAE PROPHETAE VINCIT NOSTRUM
propositum ut quamvis breviter tamen multa dicamus. Unde et prae
sens sextus liber commentariorum in Hieremiam repromissiones mys
ticas continebit quas Iudaei putant et nostri iudaizantes in consumma
tione mundi esse complendas. Nec dum enim sub Zorobabel post
expletas convincere. Nos autem sequentes auctoritatem apos
tolorum et evangelistarum et maxime apostoli Pauli quicquid
populo Israhel carnaliter repromittitur in nobis spiritaliter completa
esse monstramus; hodieque impleri nec inter Iudaeos et Christianos ullum
aliud esse certamen nisi hoc ut cum illi nosque credamus Christum dei filium rep
missum et ea quae sunt futura sub Christo a nobis expleta ab illis explenda
dicant. qui igitur Christum venisse iam credimus necesse est utique sub Christo di
cantur futura expleta. Doceamus nos quae esse filios Abraham de qui
bus scriptum est; potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.
ad quem facta est repromissio et in semine tuo benedicentur omnes gentes. qua
benedictionem vas electionis in Christo expletam docens; Non dixit in
quit in seminibus; sed in semine quod est Christus. Ora igitur frater Eusebi
dominum Iesum Christum ut eodem labore et spiritus gratia quo aliorum prophetarum
et praecipue Isaiae repromissiones interpretati sumus. etiam huius prophetae
explanare valeamus. qui quanto in verbis simplex videtur et facilis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0299